72

⁊ clamabit super inimicos suos
ↄfortabitur. glō. Tam excelsa ⁊
horribili voce cōtra reprobos cla-
mabit vt cardines celi ⁊ funda-
mēta terraꝝ quasciātur. hūc cla-
morē audient mortui ⁊ resurgūt.
p̄. Coꝛ. xv. Canz eñ tuba ⁊ mor-
tui resurgent. vnde Ihero⁹. Si-
ue comedā siue bibaȝ siue aliq̄d
aliud faciam semp videt̄ in auri-
b⁹ meis sonare illa vox tube. sur-
gite mortui venite ad iudiciū. q̄
terribilis erit vox ista malis. di-
cit̄ Apoc̄. vi. Tunc dicēt mōtib⁹
cadite sup nos. ⁊ petris abscōdi-
te nos a facie sedētis sup thronū
Math̄. xxv. Ite maledicti. Qui
alios clamores dñi audire nolu-
erūt. tunc audiēt illaȝ terciā siue
velint siue nolint. vnde Aug⁹.
Si illa melliflua gutta. ego fuz-
tāte virtutis fuit q̄ null⁹ aduer-
sarioꝝ supra pedes stare potuit.
Quis poterit audire illud horri-
bile verbum Ite maledicti in ig-
nem eternum ⁊c̄.

Dñica in quinq̄gesiā. S̄. xlvi.

CAritas paciēs ē benigna
est. p̄. Coꝛ. xiij. In verb
ꝓpositis ostendit apl̄s
duo que sunt nobis necc̄aria si vo-
lum⁹ caritatē seruare. scȝ pacien-
cia in aduersis. ⁊ misericordia i
ꝓximis. Primū tangit cum dicit
Caritas paciēs est. q. d. Qui cari-
tatem vult habere ad deū. debȝ eē
paciens in aduersis ⁊ benign⁹ ⁊
misericors in ꝓximoꝝ necc̄itatib⁹
Circa primū nota q̄ pacienciam
diligere debem⁹ ꝓpter eius mul-
tiplicem vtilitatē. Primū est q̄
paciā facit hoīez martirē. vñ Gre-
gori⁹ Sine ferro vl̄ flāmis. mā-
tires eē possum⁹: si paciencīā veā-
citer in animo obseruam⁹. vt cā-
tatur de beato Martino O scissiā
anima quā si gladius persecuto-
ris nō accepit. tamē palmā mar-
tirij nō amisit. Et de scō Johāne
euangelista dicit Ihero⁹. Licȝ p-
secutoꝛ sāguinem suū non effude-
rit. tamē martiriū in anima hūit.
qꝛ paciens in tribulacōib⁹ ⁊ vo-
lūtatē paciēdi. habuit. magis me-
retur q̄ habȝ voluntatē paciēdi
q̄ qui inuitus patit̄. qꝛ ille non
habȝ meritū. p̄. Pet. iiij. Nēo ve-
struȝ paciat̄ quasi homicida aut
fur aut māledicus aut alienorū
appetitoꝛ. Vñ Tuli⁹. Paciencia
est honestatis aut vtilitatis cau-
sa. rerū arduarū ⁊ tribulacōnūȝ
voluntaria ac diuturna ꝑpessiō.
Causa honestatis est ꝑpessio cuȝ
quis p fidem xp̄i poci⁹ eligit mori
q̄ negando viuere. vtilitatis vo
causa. cum quis p salute gregis
mori eligit. voluntaria dr̄. qꝛ qui
omnino inuitus pātitur nō hēt
meritū. Secundū est q̄ paciēcia
hominē filium dei facit. Prouer.
iij. Quē diligit deus corripit ⁊ q̄

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-534/0141
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG